QUODVULTDEUS. MARBODUS REDONENSIS. AMBROSIUS MEDIOLANENSIS. AUGUSTINUS
Ende 12. Jh. Seite 113r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36565
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



98

quale. Quod habebatis ab initio. Mandatum uetus est uerbum quod audistis. Ideo
quod uetus. quia iam audistis. et idipsum ostendit nouum dicens. Iterum mandatum nouum
scribo uobis. non alterum sed idem ipsum quod dixi uetus. idem est et nouum. Quare. Quod est uerum
in ipso et in nobis. Iam quare uetus audistis. quia iam illud noueratis. quare autem nouum.
Quia tenebre transierunt. et lux uera iam lucet. Ecce unde nouum. quia tenebre aduetere
hominem. lux uero ad nouum hominem pertinet. Quod dicit apostolus paulus. Exuite uos
uetere hominem. et induite nouum. Et iterum quod dicit. Fuistis aliquando tenebre. nunc
autem lux in domino. Qui dicit se esse in lumine. Modo manifestat totum quod dixit. Qui dicit
se esse in lumine. et fratrem suum odit. in tenebris est usque adhuc. Ita fratres mei. quam diu
dicimus uobis. diligite inimicos. Videte quod peius est. ne adhuc fratres oderitis. Si fratres
solum amaretis. non dum essetis perfecti. si autem fratres oditis quid estis. Ubi estis. Respici
at unusquisque cor suum. Non teneat odium contra fratrem pro aliquo uerbo duro pro cten
tione terre. ne fiat terra. Quisquis enim odit fratrem suum. non dicat quia in lumine am
bulat. Quod dixit. Non dicat quia in xpo ambulat. Qui dicit se esse in luce et odit
et odit fratrem suum. in tenebris est usque adhuc. Nescio quis ex pagano est xpianus.
Intendite. Ecce tenebre erat quando paganus erat. modo iam xpianus factus est. Deo gratias. Omnes
gratulantur. recitatur apostolus gratulans. Fuistis enim aliquando tenebre. nunc autem lux
in domino. Adorabat ydola. adorat deum. adorabat que fecit. adorat qui eum fecit.
Mutatus est. Deo gratias. Omnes gratulantur xpiani. Quare. Quia iam adorator patris
et filii et spiritus sancti. et detestator demoniorum et idolorum est. Adhuc iste iohannes solli
citus est multis gratulantibus. adhuc suspectus est. Fratres magnam sollicitudinem li
benter amplectamur. Non sine causa mater sollicita est de nobis. cum alii gaudent.
Matrem dico caritatem. ipsa enim habitabat in corde iohannis cum ista diceret. Qua
re. non quia aliquid timet in nobis. Et cum iam homines nobis gratulantur. quid est quod
timet. Qui dicit se esse in lumine. Quid est hoc. Iam dicit se esse xpianum. et fratrem suum
odit. in tenebris est usque adhuc. Quod exponere non est. sed quod gaudere si non fiat. aut quod
plangere si fiat. Qui diligit fratrem suum in lumine manet. et scandalum in eo non est.
Obsecro per xpm. pascit nos dominus. refecturi sumus. corpora in nomine xpi. et aliquantulum
refecta sunt. et reficienda sunt. mens nostra pascatur. non quia dicturus sum dico. Nam ecce iam finitur
lectio. Sed ne forte ex tedio minus attendas. audiamus quod maxime necessarium
est. Qui diligit fratrem suum in lumine manet. et scandalum in eo non est. Qui sunt qui